

□ ∇ ◊ □.

2 Additionis, qui notæ in dextra parte coniunctus, ei dimidium valoris adfert, idē & augmeniatio nis dicitur, q̄ notam sic augeat □ ◊ ◊.

3 Diuisionis, qui inter duas notas in signo perfecto locatus, eas ne connumerentur, seiungit, nihil vel addens vel adimens notulis □ ◊ ∇ ◊ □.

4 Alterationis, qui in capite siue vertice notæ constitutus, eandem bis cantandam esse, ob ternarij numeri representatio nē in signo perfecto admonet □ ◊. Exempla supra habentur de tribus gradibus.

## CAPVT. X.

### DE TACTV.

Tactus, est regula cantum mensuraliter dirigens, & est triplex.

1 Totalis, seu integralis, quem aliās maiorem vocant, est, cum breuis, tactu non diminuto mensuratur pro modo ac temporis ratione.

2 Generalis seu vulgaris, quem aliās

F ij mino